



QVAESTIONES
**IVRIS VARIAE
AC SELECTAE, CVM IN**

*SCHOLIS AD EXERCENDA INGENIA, AC FORMAN-
dum iudicium studiosorum accommodatissimæ: tum in Foro & Praxi ad decidendos
ex veritate Iuris casus quotidianos & interdum perplexos, quam utilissimæ: in vtran-
que partem disputatæ, & demum ex veritate Iuris decise: Dilectorum Claris-
simorum V. I. luminum, veterum & Recentium, Adiectis
nunc reces Augustini Beroij, Antonij Gu-
berti, & Aymonis Crauetz
Questionibus.*

*NUNC PRIMUM IN STUDIOSSORVM AC PRACTICO-
rum Iuris gratiam, simul vnũ quasi corpus collectæ, & emendatius multò,
quàm ante vnquam particulariter, editæ: innumris scilicet
locis restitutis & emendatis.*

12
17472

*CVM DVPLICI INDICE, GENERALI SCILICET, QVO QVAESTIO-
nes hæc ad suas sedes, Titulos nimirum V. I. referuntur: & speciali,
Rerum & Verborum memorabilium
copiosissimo.*



LVGDVNI

1572

Num. 48, cap. 6. num. 6.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGEM

AVTHORES QVORVM
QVAESTIONES SEV DISPVTATIONES
HOC VOLVGINE CONTINENTVR.

- PILEI *Medicensis antiqui Glossatoris fol. 1.*
— BARTHOLOMEI *Brixienfis, quas Dominicales appellant. fo. 89.*
— EIVSDEM, *Venerales qua vocantur. fo. 138.*
— ROFFREDI *Beneventani, Sabbatinae. fol. 161.*
— IOANNIS *Andrea, Mercuriales. fol. 571.*
— BARTOLI *nu. 18. sumpta ex lib. 1. Confiliorum. fol. 246.*
— EIVSDEM *4 alia sumpta ex lib. 2. Confiliorum. fol. 381.*
— QVAESTIONES } PANORMITANI. fol. 303.
— PHIPPI *Franci. fol. 395.*
— ROBERTI *Maranta. fol. 402.*
— IOANNIS *de Anania. 460.*
— IACOBI *Concenatis. 475.*
— AVGVSTINI *Beruy. 742.*
— ANTONII *Gumberti. fol. 877.*
— AYMONIS *Crauesa. fol. 866.*

L. A. G. D. V. N. I.

EST SOCIETAS P. EDONO RIGI

TYPOGRAPHVS CAN DIDO LECTORI S.



QVANTVM valeant Disputationes seu Quæstiones Juris in utranque partem discussæ, ad exercenda ingenia & formandum iudicium studiosorum, & ad casus oblatos ex veritate Juris decidendos, nemo est qui nesciat. Disputationibus enim ingenium cuprimis acuitur & exercetur, ac quemadmodum ferrum quo magis atteritur, eo rubigo eius perfectius abstergitur, & nitescit ac acuitur eo magis ita etiam per huiusmodi disputationes, caligo ingenij paulatim depellitur, & lumen ac claritas iudicij in dies magis ac magis aperitur & firmatur. Quænam etiam ad veritatem inveniendam præstent hæc disputationes, multorum philosophorum egregia extant testimonia: & ipsa rerum magistra, experientia, docet. Ut enim lapidum conflictu ac tritu ignis, sic ex contrariorum agitatione veritatis lumen tandem elicitur: certiorque habetur veritas, quæ ita per contraria eruitur: quia sol reuerberatus, fortius calefcit: & clavis repercussus fortius stringit. Atque hoc est quod de Herennio Modestino Vlpianus l. C. tit. l. mista. ff. de mune. & hono. Modestinum scilicet disputando ita bene & optima ratione decreuisse. Quod & Paulus l. C. de Sezuola innuit, l. cum quidam. ff. de lib. & post hu. Possimque eius cum ex Iureconsultorum veterum Responsis, tum etiam ex interpretum comentariis multas auctoritates adferre, quas breuitatis ergo consulto prætereo, quas videre est ad lögum apud Neuzanam in principio Syluæ suæ nuptialis, & alios variis in locis.

Cùm igitur per Dei gratiam nuper duos Tomos Selectorum Tractatum Juris emiserim: alterum in materia Successionis, tam à testato quàm ab intestato: alterum in materia Assècurationis & Cautionis: idemque & in aliis quoque materiis non minus fertilibus & vtilibus facere cogitarem: hunc Tomum Quæstionum Juris propter summam earundem vtilitatem, intericere non abs re visum est. præsertim quòd viderem Quæstiones hæcè partim publicè nò extrare: multas variis in libris dispersas, quos pauci haberent: quasdam etiam recens natas, quæ non passim ad omnes peruenirent.

In quibus certè bona fide dictum, inuenies omnia multo emendatiora, quàm antè vnquam sunt edita, ut ex collatione exemplarium videre licet, et si forte non vbique sint omnia omnibus numeris absoluta, propter defectum exemplarium, quæ fere fere quàm deprauatissima, in primis etiam Mercuriales Ioannis Andreae, et si postremæ earundè editioni magnifica præfixa sunt præconia, quod scilicet ea editione in iis omnia pristinae suæ integritati sint restituta & c. cum tamè nihil minus sit præstitum, ut ex collatione huius editionis ad illam, ad oculum patebit. infinitis enim nihilominus scatebant mendis & falsis ac corruptis allegationibus iuriam, quæ hac editione vtrique restituta sunt.

Nemo, proh dolor, non nouit, quàm sint iam multis retro annis minorum gètium Doctorum monumenta Juris, præsertim autem veterum, deprauatissimè impressa, ut maximopere necesse esset ea diligenter recognoscere, ac pristinae suæ integritati restituere. Quod merito boni viri inter Iureconsultos, ocio abundantes, in Reip. gratiam præstare deberent nunc hæc cura relinquitur Typographis, quibus et si libenter velent, id præstare quodammodo impossibile est, possint, qui hæc ad amissim, etiam oblato eo nomine honoratio, præstare velint. Et si quis forte sit, qui magnis suis impensis & laboribus tale quid præstiterit, non de sunt aliorum commodorū inhiatores, qui quicquid ita emendatum prodit, in præiudicium Typographi statim imitentur, & lucrum quod is ex labore & impensis suis habere deberet, alteri præripiunt: vnde fit ut fere Typographi priora mēdosa sequantur, immo sæpenumero etiam per nimiam incuriam magis ac magis corrumpant vetera, quod factum hic non esse, res ipsa loquitur.

ACCIPE igitur candidè lector benigna fronte, quæ tibi hic tuo commodo rursus damus, iisdemque sincere & pic, ut veros Juris Sacerdotes docet, Proximis & Reip. bono, vtilior.

V A L E.

CELEBERRIMI IURIS CONSULTI AC GLOSSATORIS VE-

TVSTISSIMI,

D. PILEI MODICENSIS QUÆSTIO-
NES AVREAE.

SUMMARIVM.

An omnes de vniuersitate debeant de calumnia iurare.

Quæstio 1.

BONONIENSES, dum querimoniam de Ferraricis decessit super sacramento de calumnia præstando inter curia nobiles orta est disputatio, vtrum omnes debeant iurare, quia causa est vniuersitatis, an vero sufficiens, si soli consules iurent.

QUOD SUFFICIAT

QUOD sufficiat, si iurent ut defensores, probatur licet prius propositio, quod non possunt consentire municipes, ut ff. de acquir. posses. l. 3. §. municipes. Sed nec honorum possessionem petere in bonis liberi seu liberi, sed nec cessario actorem eligunt, qui petat, ut ff. de liber. muni. & vniuersitat. l. 3. nec ergo sacramentum calumnie præstabit, quia in eo præstando non possunt consentire. Item, si municipibus legatum relinquatur si iurent, non iurabit omnes, sed per eos iurabit qui agunt res municipij, ut ff. de condit. & demonstrat. l. municipibus. Item in restitutione hereditatis faciendæ municipibus, & transatione actionum ex Trebel. quia sic transferuntur, si actores eligunt qui actiones excipiant, ut ff. ad Trebel. l. ita tamen. Item quod non municipes, sed eorum defensor iurabit de calumnia, & si hereditas restituitur municipij defensor factus est. Nam vniuersis redditus, quod pro vobis etiam primatibus indulgetur. Cuius aduocat. diuer. iudic. l. restituenda. & sic de legato rebello citati ad spectaculum. nam & ipsum auctoritate primatum eligunt. si sciendum est. legatum ciuitati ff. de v. s. l. & usufruct. lega. Idem in sacramento calumnie videtur. Idem de eo qui vult in publico edificare, quod satis est si edificat auctoritate reipubli. procuratoris, saltem lege municipalis ei concedente, ut ff. quod v. aut clam. l. prohibere. §. plane. Item ex superioribus, quia consentire non possunt, ergo hi soli experientur, sicut & pater in actione de dote, ubi filia nequit consentire, ut ff. sol. matrim. l. 2. Item intelliguntur omnes iurare, quia iurant defensores, sicuti alias intelligitur scire, quod scit administratores, ut ff. ad muni. l. municipales. Item quando legatorum seruandorum causa municipes postulant se mitti in possessionem, non ipsi, sed eorum actorem mittendus est, l. municipibus. ut in post. l. 2. Item municipes aliquid dolo facere non possunt, sed si quid ad eos peruenit ex dolo eorum, qui res eorum administrant, datur ad hoc actio, ff. de dolo. l. sed ex dolo. §. 1. Item alias legitur, quod duo soli præstare conueniuntur. Item alia ratio, quia sacramentum calumnie vel à plurima parte vel idonea vniuersitatis, præstidum esse dicitur, C. de iur. iur. propter calum. l. 2. hoc etiam huic legi hæc pars idonea est, quia cum ab omnibus sint electi, ab omnibus est eis concessa potestas, ut ff. quod cuiusque vniuersit. nomin. l. item eorum. §. 1. Vnde hi soli iurabant. Sic enim solus præseps iurat, quia est ei concessa potestas. Item maior pars intelligitur ex dignitate, hæc enim pars est dignior, sicut per anteriora probatur, quia soli nobiliores creantur defensores, ut in au-

then. de defen. ciuit. §. interim illud. Immo si in illa ciuitate non sint nobiles, ex vicinis ciuitatibus alij sunt eligendi, argumento sumpto de tutore, in ciuitate, in qua postulat dari, non reperto idoneo, ut ff. de tuto. & cura. da. ab h. l. diuus. ergo si dignitatem ciuitatis habent, hæc maior pars est. Item sicut ratione publici officij iurat tutor, eadem ratione ipse iurabit defensor publicus. C. de iur. iur. propter cal. l. 2. Item quia hoc expedit, ne per plures suscipiantur actiones vel intenduntur, ille solus iurabit de calumnia, sicut de tutoribus dicitur, quia ubi non est decreta administratio, dicitur ea est, quia expedit, ut vni suscipiat, & vni intercedat, nec per plures tutela suscipiatur, ille est tutor qui onera sustinet, ergo si alij mille essent, ille solus de calumnia iurabit, ut ff. de adm. tut. l. 3. Item si iurare deberet vniuersitas, posset tantum vni committi iuratio, sicut electio ab ordine decurionum faciendæ, ut ff. quod cuiusque vniuers. l. item. §. 1. Item si plures conueniant agentes, ex eis idoneiores eliguntur, sicut in interdico de libero homine exhibendo, ut ff. de liber. ho. l. ex h. l. 3. si tamen plures. §. licet res publica tanquam pupillus indicatur, ergo administrator ipse, tanquam pupillus, debet iurare de calumnia, ut C. de off. sic. eius qui vicem alicui iudic. vel præf. obi. l. 1. Item quia hoc esset onerosum, ut pro singulis causis tota vniuersitas iuraret, perueniendum est ergo quod facilius est, ut vnus iuret, Inst. de iur. iur. §. Senatus. Et quasi non possit vniuersitas iurare, nec habere animam dicitur. Item, quia ut rectores dissentirent, vno rectore pro vno modo, & altero alio non sic contingere potest. Vnde potius facultas restitutibus debet concedi, argu. ff. de condi. indebit. l. plane.

EX ADVERSO

QUOD non sufficiat iurare consules de calumnia, immo oportet omnes iurare, vel maiorem partem, vel idoneiores, ut C. de iur. iur. propter cal. l. 2. hoc etiam nec est ergo à verbis recedendum, nam si cum certum aliquid decretandum est, illi interesse debet, qui duo, vel plures requiruntur, arguuntur ff. de decre. ab ordi. fac. l. 2. ergo & cum iurant. Item quia negotium omnes tangit, ergo & omnes iurare debent, vel maiore parte, neq. vnus de calumnia iurabit, ut C. de auth. præf. l. final. Item consilium fingitur partibus procuratoris, ut ff. quod cuiusque vniuers. l. item eorum. §. actor. Ergo non ipse, sed dominus de calumnia iurabit, ut C. de iur. iur. propter cal. l. 2. si quidem. Item hoc non intenditur in l. expressam, ut in hoc casu consulem iurare sufficiat, ergo à quoquam fingendum non est, ut ff. sol. matrim. l. si vero. §. de viro. Præter hæc, cum res vniuersitatis distrahitur, omnes iurare debent ciues, vel pene omnes. Ergo multo fortius in eo, præsertim si de magnis litigatur, ut C. de vend. rer. ciuit. l. vlti. Absurdum enim est, aliter concedi actionem vel exercitium, quam distractio permittatur rerum, argu. ff. de iur. de l. l. ad. sed cum defensor legitur eum decreto habito, sacramentum præstidum est omnibus possessorum, ut in auth. de defen. ciuit. finali. nec si consilium aliquid constiterit, aliquam præiudicaret rectori, ut ff. de iur. iur. act. l. si defensor. ergo ipse vniuersitas iurare debet, que sibi valet præiudicare. Item causa vniuersitatis non est singularium, vel ecclesiæ, ergo ipsa vniuersitas